

Rolle



1781.

1. Reinhart, Tobias Tas.: De probatione pro exonerando conscientia.
2. Ernst, Johannes Carolus: De eo, quod justum est licet incendia.
- 3^a b. Sommer, Dr. Ferdinandus Leucas: De praeminentia L. Lewis Argentinas ejusdemque Eminentissimi. Archi-praevalis, principis Hectoris, praeeminentibus singularibus jurebus et prerogatiis.
4. Meissel, Joannes Andreas: De possessorio summissimo, maxime secundum ius Saxoni. Med.
- 4^b novis. Binius. De diversis rerum mutatione et immobilijs, Binius. Genjura.
5. Reinhart, Tobias Tas.: De differentia et conscientia inter obligatio nem ad carceres et litteras cambiales.
6. Reinhart, Tobias Tas.: De citationibus.

7. Reinhart, Tobias Tac. : De principe contractante
8. Reinhart, Tobias Tac. : De erroribus pragmati-
ciorum in doctrina de compensatione expensa-
rum et iuri.
9. Reinhart, Tobias Tac. : Deterioria in causis civiliis!
10. Reinhart, Tobias Tac. : De Imperatoris legem univer-
salium in imperio Romano-Germanico perendi
potestate.
11. Strecke, Conrad W.H. : De successione fisci
12. Strecke, Conrad W.H. : De relegalionibus impri-
mis academicis et nob. quaestione: ex iure? 1
13. Strecke, Conrad W.H. : De commissariis elector-
is Saxonicorum potestate restricta in schemate
orationis testium immunitate
14. Strecke, Conrad W.H. : De iuris iurant. Relatione quatenus
ad contra registratorem, iuricalem admissibilendam?

15. Strecke, Con. Willelmus: De indigenis Germaniis
etiamque iuribus.
16. Strecke, Con. Willelmus: De mandato, ex morte
mandantis cert?
17. Strecke, Con. Willelmus: De minoribus in causa
criminali ad praestandum iuramentum purgatoriu-
m sub paucis copiis et omniis rite citato et
non comparente in integrum restituendo
18. Streit, Dr. Philippus, Facult. iuridicae decanus Lib.
(ad Disputationem in my Contentioni Thes. Erhardi
invitata).
19. Streit, Dr. Philippus, Facult. iuridicae decanus
(ad Disputationem in my Pro Diuino Senect. disca-
invitata).
20. Streit, Dr. Philippus, Facult. iuridicae decanus Lib.
(ad Disputationem in my Th. Conti tractis invitata)

21. Kretz, Dr. Philippus, Facult. iuri Doctor decanus 1. b. s.
(ad Disputationem in ang. Joh. And. Meisselii iuristat).
22. ^aKretz, Dr. Philippus, Facult. iuri Doctor decanus 1. b. s.
(ad Disputationem in ang. Th. Friderici Kugkii
iuristat).
- 22^b Kretz, Dr. Philippus, Facult. iuri Doctor decanus 1. b. s.
(ad Disputationem in ang. Christiani Gottlieb Nisch-
manni iuristat).
24. Kretz, Dr. Philippus, Facult. iuri Doctor decanus 1. b. s. (ad
Disputationem in ang. Petrus Thysotti Baumeri iuristat).
25. Tengelt, Smertes, Facult. iuri Doctor.. decanus 1. b. s.
(ad Disputationem in ang. Johannii Skrepeli Blockmaue-
ri iuristat).
26. Tengelt, Smertes, Facult. iuri Doctor decanus 1. b. s. (ad Dispu-
tationem in ang. Johannii Caroli Streckenfotii iuristat).

27. Tengelius, Ernestus: De donatiorum propriebus nuptiis
in specie vero de quaestione: an et in grantana
donatio propter nuptias occurrat non minime
ius dominicum usori utilitatem praesedit?

28. Ziegler, Rudolphus Noratus: De actione hypothecaria
contra tertium possessorem instituenda.

1731,1
xxxii.
LXII.

DISSERTATIO JVRIDICA INAVGVRALIS

DE
PROBATIONE
PRO
EXONERANDA
CONSCIENTIA,

QVAM,
IN ALMA VNIVERSITATE HIERANA
CONSENTIENTE

ILLVSTRI JCTORVM ORDINE,
RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICO

DN. TOBIA JAC. REINHARTH,
JCTO, SACR. PALAT. CÆSAR. COM. JVRID. FACVLT.
ASSESS. ET PROFESS. COD. PVBL. ÓRDIN. CIVIT.
SYNDICO ET CONSULE,

SVB PRÆSIDIO ALTISSIMI
PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQUE JVRE HONORES ET DOCTO-
RALIA PRIVILEGIA RITE CAPESSENDI,

H. L. Q. C.
IN AUDITORIO JCTORVM PVBLICE DEFENDET
AVCTOR RESPONSVRS

CAROL. EHREGOTT BOERNERVIS,

Drebachio - Mifn.

ADVOCAT. LEGITIMAT.

DIE XXX. OCTOBR. A. M DCC XXXI.

ERFORDIÆ, Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr:

31

DISSESTITATIO VARIDICAE INAGARIALIS

DE

PROBATIONE
EXONERANDA
CONSCIENCIA

IN ALIA UNIVERSITATIS HERMAN

CONSISTENTE

HTASSTRI LETORUM ORDINE

REGIORUM ACERBIAE MUNDI

DN. IOANNU GENARTH

CTO. SACR. PATRIÆ CIVITATIS COM. VARIDIACAL.

ASSER ET PROFESSIONE COPIA ORDIN CIVIT.

SIMONE ET DILECTISSIMO

SAB. PRÆSIDIO ALTISSIMI

PRO VACANTIA

SUMMOS IN AUTODIA MR. HONORES ET DOCTO.

RATIA PRINCIPALIA RITE CATERENDI

M 6 6

IN ADVOCATORIO PRACTICAM TURCICAM DIFFINDET

AVATOR REBUS IN AFRICA

CAROL. EHR. GOTTL. BÖRRNERAS

Barfüßer. VII.

ADVOCAT. I. SOLITAMENTI

HIC XXV OCTOBRI A M DCXVII

EDITIONIS. LIBRARIUS. ALIAS GREGORIO HANNOVENSIS. AGIT. M.



A. D. A. M.

DISSERTATIONIS INAVGVRALIS

DE

PROBATIONE PRO EXONERANDA CONSCIENTIA

S. I.

Probationem animam quasi esse Processus, dudum, consentientibus omnibus JCTis, pronunciat JAC. DAMHOVDERVS in Prax. Civ. Cap. 156. n. 1. utpote juxta quam lis à Juge dirimenda, & auctore non probante, reus absolvendus est. l. 2. ff. de probat. l. 4. C. de edendo, l. 9. C. de O. & A. c. 1. X. ut Ecclast. benef. Definitur autem eadem, quod sit actio judicialis, qua litigantes judici de re controversa fidem faciunt. WESEN B. ad Dig. Tit. de prob. n. 3. PEREZ. ad C. b. r. U. M. M. Disp. XV. th. 1. ejusque variae dantur divisiones; Vel enim plena est, quæ judici plenam fidem facit,

A 2

089

facit, & per duos testes, omni exceptione majores, seu contra quorum habilitatem pariter ac depositionem nihil opponi potest, quod fidem eorum minuat, 2. ad Corinth. XIII. v. 1. itemque per Tabulas & instrumenta publica, plenam fidem operantia, & per Saxoniæ Elecotoratum confessionis jurate non obnoxia, recte peragitur, l. 10. ff. de probat. l. 31. C. de donat. l. 15. C. de fide instrumentor. add. NICOLAI in Proc. P. I. cap. 47. n. 6. Vel est minus plena, quæ ad faciendam judici fidem de re controversa non utique est sufficiens, iterumque abit in 1) semiplena majorem, v. c. per duos testes, quorum unus est omni exceptione major, alter non æque, factam, 2) in semiplenam, v. c. per unum testimoniem, eumque omni exceptione majorem, qui duo probationis gradus supplentur jurejurando. l. 31. ff. de Jurejur. Ord. Crim. Carol. Art. 30. & denique 3) in semiplenâ minorrem, v. c. per testimoniem unicum, omni exceptione non majorem, arg. l. 3. ff. de testib. quæ jurejurando indistincte purganda est. Cap. ult. §. ult. X. de jurejur.

§. II.

Alias probationis divisiones, ad scopum parum, vel nihil facientes, non est, cur hic adducamus, sufficiet enim, illam adhuc tetigisse, quâ eadem in regularem seu ordinariam, & in irregularem seu subsidiariam distinguitur. De priori supra actum est, posterior fit per juramenti delationem. Evidem non ignoro, quam bene multi sint, qui juramenti delationem probationis speciem esse negent, propterea, quod probationis vices tantum suppleat, quos inter est BERGERUS in Resolut. Lauterbach. p. 448. Contineri tamen ego

ego etiam jusjurandum sub probationis vocabulo, non solum quoties probatio à lege imperatur, l. 25. §. 3. ff. de probat. sed etiam quoties ex conventione susceppta, aut per sententiam sive injuncta, sive permissa est, asserere nullus dubito, ed, quod per jusjurandum veritas rei ad liquidum perducatur, probatio autem idem ipsum intendat. Consent. CARPZ. P. I. C. 8. def. 31. n. 4. Et Resp. 53. n. 21. qui tamen sibi ipsi satis constans non est, & GOSWIN ab ESBACH. ad Carpz. P. I. Conf. 8. def. 15. Nimium quoque dura foret partium litigantium conditio, si juramento, medio probationis subsidiario, uti non licet; quoties enim fit, ut actor fundamentum deductæ in judicium actionis, reus vero oppositas exceptiones aliter probare nequeant, nisi per juramenti delationem? quæ, si pro probatione non habenda est, alterutrum sequetur, aut auctore etiam non probante, condemnandus, aut probatione per testes aut documenta deficiente absolvendus erit reus, quorum prius principiis juris adversatur, posterius summe iniquum foret, indeque maleferiatis hominibus alios lædendi & circumducendi fenestra aperiretur latissima.

Præterea ex ipsa definitione probationis probari poterit, juramenti delationem speciem esse quandam probationis; quotiescumque enim reo, nec ut delatum sibi juramentum ipse præstet, nec ut auctori idem referat, volupe est; nonne id judici fidem facit, reum sibi male esse concium, auctorisque e contrario intentionem esse fundatam? adeo, ut cui competat de-

finitio, eidem etiam competere definitum, negari non possit.

§. IV.

De Jure Saxonico Electorali certe res dubio caret, quo nimurum juramenti delatione, in qualibet causa, uti licet, modo id fiat in ipso libello, & ante item contestatam, vid. ORDIN. PROC. SAXON. RECOGN. ad Tit. XIIIX. §. 1. siquidem & reo super exceptionibus ab eo oppositis eadem juramenti delatione, reprobando, uti permisum, conf. eadem ORDINAT. PROC. SAXON. RECOGN. ad Tit. XXI. §. 2. quod utrumque sane, quod juramenti delatio pro probatione, imo ipse modus probandi ibi sit, manifeste comprobatur, cum cursus ad aliud probationis genus postea non concedatur.

§. V.

Delatum autem reo juramentum, sive id a Judice fiat, quod necessarium appellatur, sive ab actore in iudicio, quod legale audit, recusari non potest, nisi IV. in casibus, quorum PRIMVS, si actori referat delatum sibi juramentum l. 34. ff. pr. & §. 6. l. 38. ff. de jure jur. CARPZ. Resp. XLVI. L. I. SECUNDVS est, si deferens nolit de calumnia jurare, quippe quod deferenti semper incumbit, modo adversarius exigat, exigere autem etiam post latam sententiam potest, licet ante non petierit, CARPZ. P. I. Conf. 12. def. 23. n. 5. & quidem sive alter, cui desertur, delatum acceptet, sive deferenti referat, l. 34. §. 4. ff. de jur. hoc enim casu juramentum delatum, praevia tamen accusatione contumaciæ, pro praetito habetur, jung. ORDIN. PROC. SAXON. RECOGN.

COGN. ad Tit. XIX. §. 7. TERTIVS est, si defereus
jam delatum revocaverit, & postea denuo detulerit L.
ii. C. de reb. cred. Et de jurejur. cum via, semel electa,
ambulandum sit, neque consilium in alterius injuriam
mutari possit, addatur ORDIN. PROC. SAXON. Tit.
XIX. §. 3. QVARTVS denique, cum is, cui defertur ju-
ramentum, id quod jurato edicendum esset, aliunde
probare suscipit, wenn er sein Gewissen mit Beweis
vertreten will, arg. Cap. 2. X. de probat. FRANZK. b. r.
n. 119. 120. CARPZ. Parte I. Const. 14. def. 17. ubi tamen
interrogatoria causam aut probationem contrariam re-
spicientia non admittit Sereniss. Elector. Saxon. Dec. El.
19. jung. Ordin. Proc. Saxon. Recogn. ad Tit. XIX. §. 2. Quo
de calo in præsentiarum, speciminis inauguralis loco,
non nihil dispicere animus est.

§. VI.

An autem probatio talis, quæ pro exoneranda con-
scientia vocari consuevit, admittenda sit, non omni ca-
ret controversia, longe tamen major est numerus ajen-
tium, quam horum, qui negant, siquidem inter illos sunt
JASON. ad §. 11. Inst. de Act. n. 56. HERCVLANVS de
probat. negat. BEVST. de jurejur. ad rubr. n. 60. SCHNEI-
DEWIN ad Inst. d. §. 11. de Action. RAVCHBAR. qu. 3. n. 19.
L. II. ANTON. FABER P. I. dec. 19. errore g. Et in cit. tit.
de jurejur. def. 3. BERLICH. Conclus. 32. n. 22. P. I. FRANZK.
ad Tit. de jurejur. MEVIUS ad Jus Lubecense L. 5. tit. 8.
BRUNNEMANN. in Proc. Civ. Cap. XXIII. n. 14. item ad
l. 30. ff. de jurejur. n. 10. Et 11. Et l. 9. C. de rebus eredit. n. 20.
21. MARTINI ad Ordin. Proc. Saxon. p. 649. n. 4. edit. in
410 STRYCK. in Introduc. ad Prax. foren. Cap. 2. §. 8. &
alii.

alii. Eorum autem qui negativam tuerentur, non nisi duos invenire mihi licuit, DVARENVM nimirum in Comment. posth. tit. de jurejur. Cap. 3. coll. 3. & 4. & qui eum sequitur, SETSERVM, Tract. de juram. L. IV. Cap. 3. n. 12. & 13.

§. VII.

Prior tamen sententia affirmans non solum sui patronorum numero, sed & rationum pondere, cum qua & fori observantia coincidit, negantem vincit. Quid enim æquius, quam ut pars, cui delatum est juramentum, hoc qualicunque beneficio gaudeat, cum pars deferens multo melioris conditionis habeatur, eidemque per juramenti delationem onus probandi in adversarii humeros devolvere Legum indulgentia permiserit, cum tamen strictiori jure rei controversæ probatione directe & proprie, atque stricte sic dicta potius defungi deberet, quam ut ad impro prium plane, indirectum, atque subsidiarium probationis modum configere possit? Cum contra ea, vix alia præsumtio locum habeat, quam quod is, qui juramenti loco probationem rei dubiæ in se suscepit, bona utique fide agat, & non nisi conscientiæ teneritudine ed impellatur, ut partim non leve, partim periculofuni satis probandi onus, cui facile quis, etiam securus, etiam instructus, succumbere potest, subeat, ut hinc eum, qui recusata juramenti delati præstatione, ad probationem pro exoneratione conscientiæ configit, scrupulosa solum nimis conscientia ad id ipsum induci mihi persuaserim.

§. VIII.

Novimus enim, non paucos dari homines, eosque plerumque satis probos, qui erronea hac ex parte laborant conscientia, dum persuasissimum sibi habent, non sine graviori peccato, salutisque æternæ dispendio vel verissimum quid religiosa Dei invocatione afferi posse. Nec me movet, si forsitan regeras, huic errori implicitos hoc ipso satis manifestare, quod vel Mennonistarum, vel Tremulorum, quos Quaker vocamus, casta sequantur, quodque proinde eo minus his indulgendum sit, ut a præstatione juramenti se libarent, ne ipsorum error, aut potius non toleranda, juxta LL. fundamentales, in Imperio hæresis hoc ipso foveatur, imo frigida quasi eidem affundatur: dudum enim experientia, optima rerum magistra, comprobavit, non heterodoxos illos solos, sed complures alios homines, satis etiam pios, qui alioquin longissime ab heterodoxis seu, si mavis, hæreticis, istis absunt, errori huic esse additios. Et quid? si vel maxime conscientiam suam probatione exoneratus esset revera Mennonista, vel ex Tremulorum affæclis, anne ea propter ipsi administrationis justitiæ deneganda erit? Non te negaturum esse confido, quod, quemadmodum hæreticis quoque servanda est fides, ita iisdem etiam, non minus atque aliis, suum tribuere, justitiamque administrare oporteat, ut ut vel maxime in Imperio non tolerentur. Quid? quod revera error eorum parum exinde præsidii sit habiturus, nec frigida hoc modo affundatur, cum optimè nō sint, quod probationem pro exoneranda conscientia indulgendo, erroneæ eorum sententiæ neuti-

B

quam

quam subscribatur, sed solum, ne intuitu administrandæ justitiae deterioris, quam alii, sint conditionis, & ne conscientiæ ipsorum vis inferatur, factu id opus esse censeo.

§. IX.

Erunt forrassè alii, malæ fidei suspectos declarantes eos omnes, qui juramentum tantopere declinare student, & merum prætextum esse opinabuntur, quando hi causantur, se tenebris conscientiæ ductu eò impelli; suspicionem suam fundatur in eo, quod juramenta non solum licita sint, vid. DV RANDVS super sentent. L. III. dist. 39. qu. 1. Exodi XXII. v. 9. 11. Esaie XIX. 17. Psalm XXXVI. v. ult. & XIV. v. 4. Sed quod & ipse Deus in V. T. sæpius, nec non Patriarchæ, ut Abrahamus, Genes. XIV. v. 22. Moses, Jos. XIV. v. 9. atque alii, approbante omnino summo Numine, jurarint, & quod in Novo etiam foedere Christus ipse, & Apostolus Paulus ad Rom. l. 9. 2. ad Corinth. 23. religiosa quadam affirmatione usi sint, quin imò, quod Deus ipse prædixerit, hanc fore notam civium regni Christi, quod invocando verum Deum sint juratui, Es. LXV. 15. Jerem. IV. 2. & XII. 16. & quod expresse præceperit, dicendo: In nomine meo jurabis, Deut. VI. 13. it. X. 20. ut adeo, ex eorum mente, vir verosimile sit, hominem Christianum, pium, bonaë notæ, juramenti præstationem religioni sibi ac piaculo ducere posse: Quicquid tamen ejus sit, omne id sufficiens esse non videretur, ad malæ fidei satis suspectos reddendos quoscunque, qui ea solum de causa cielatum sibi juramentum detrectare se asseverant, quod in N. T. citra peccatum jurari nequeat;

Etc.

Etenim, ut exceptiones ipsorum contra ante allegata scripturæ loca taceam, vel sola illa sacratum paginæ dicta, quæ vicissim nobis objiciunt, nimisrum Matth. V. v. 34. ne juretis omnino, & Jac. V. 12. ante omnia nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque per quocunque aliud juramentum, ob haud exiguum, quam habent contra omne jusjurandum, speciem, verissimum esse evincunt, ipsos bona fide errare, neque ex mera malitia, aut malæ causæ conscientia juramentum detrectare, cum maximopere hæc tria urgeant momenta, quod Christi asseclæ ^{πάτερ ἀλλοτινός ὄφεως}, i. e. omnino, prorsus & indistincte jurare prohibeantur, 2) quod nullum ipsis juramentum, qualecumque etiam sit, vi verborum Jacobi (^{πάτερ ἀλλοτινός ὄφεως}) sit permisum; 3) quod ex verbis ipsius Christi & Jacobi non nisi simplex affirmatio & negatio integra sit, & quicquid asseverationis & fidei faciendæ causa accedit, peccaminosum habeatur. Præterea ipsa etiam experientia nos edocuit, dari homines, eos, qui juramentum, quantumvis verax, non exiguo tamen cum salutis periculo esse conjunctum, firmissime sibi persuasum habent, adeo, ut licet justitia causæ manifesto ab eorum stet parte, eadem tamen cadere malint, quam ut delatum sibi juramentum necessarium præstent, quos, uti non dolose, sed bona fide, & errore ductos juramentum recusare in aprico est, ita beneficio probationis pro conscientiæ exoneratione indigni non habebuntur.

§. X.

Nunc ad ipsam rem autem redeundum. Superius jam dixi, plerosque quidem, non tamen omnes Ddores

B 2

pro-

probationem hancce admittere, dum DVARENVS & SETSERVS eandem rejicunt, adeo ut æquitatem ejus expendere, operæ premium esse mihi fuerit visum; examinandæ tamen insuper sunt rationes, quæ negantes ad secessum a reliquis faciendum impulerunt. Inter eas autem hæc est, quod nimuris, qui juramentum defert, hoc ipso molestia & vexatione litis defungi velit, dum juramentum litibus dirimendis & expediendis maxime conductat; quæ licet admodum speciosa sit, ad reprobandam tamen pro exoneranda conscientia probationem, eamque damnandam, neutiquam sufficit, utpote nondum probato, imo falso innixa præsupposito, quod nimurum actor semper pro lubitu suo, etiam invito reo, litem abbreviare possit; Quotusquisque enim Ddorum hoc concesserit, cum actor, contradicente reo, causam ordinariam summarie tractare, aut injunctæ probationis loco, aliquali demonstratione uti, nequeat, neque etiam reo probationis loco juramentum ab auctore exigere liceat, cum hæc & his similia non juris solum principiis, sed omni etiam observantiae & Praxi repugnant. Mihi quidem, cæterisque bonis omnibus levior semper temporis, quam animæ, æternæque salutis jactura visa est, quam non exiguis pejerantium numerus facit, qui, si probatione pro conscientia uti licuisset, non enim contra quodvis juramentum eadem locum obtinet, hanc procul dubio essent amplexi, suæque sic retius consuluissent animæ.

§. XI.

Præterea satis etiam commode lites probationibus expediri possunt, nec eo fine juramento simpliciter

ter est opus ; imo inhumanum mihi esse videbatur, actori quidem liberum relinquere ab initio , utrum deferre juramentum , an probatione uti velit, idem autem beneficium reo denegare, præserrim cum actor sua, quam deferendo juramentum habebat, intentione, non excidat, probandique onus in reum sic devolvatur, ZIEGLER ad Ord. Proc. Sax. verb. Soll ihm solches nachgelassen seyn, scilicet quippe juramentum subsidiaria tantum probatio, quæ, alia, ordinaria nimurum, si suppetat, regulariter cessare debet.

S. XII.

Proinde nemini mirum esse debet, licentiam hancce, conscientiam per probationes exonerandi, ubivis fere locorum, quantum mihi quidem constat, vel lege publica introductam, vel saltem in Praxi esse receptam. Et de JVRE quidem SAXONICO res extra omnem dubitationis aleam posita est, siquidem expresse receptam ac stabilitam eam deprehendimus in CONST. ELECT. XII. P. I. versu: Oder da er sein Gewissen mit Beweß zu vertreten Vorhabens ic. ic. & CONSTIT. XIV. verb. Oder da er sein Gewissen mit Beweß zu vertreten Vorhabens ic. ic. Quibus concordat non solum DECIS. NOVISS. XIX. & ORDINAT. PROC. SAXON. TIT. XIX. von Vertretung der Gewissen, per ior. sed & in eadem ORDINATIONE PROCESSVS SAXONICI NUPERIUS DECLARATA ATQVE EMENDATA, hæc conscientiam exonerandi licentia neutiquam est sublata, quamvis eò restricta sit, ut nunc in causis injuriarum, utpote quæ non nisi per modum denunciationis sunt tractandæ, & in quibus de simplici & plano,

sola rei veritate inspecta, proceditur, vi Rescripti Regij,
 de dato 7. Mart. 1716. ad Collegia Jutorum Lipsiensium &
 Wittebergensum dati, & emendat. PROC. SAXON. OR-
 DINAT. sub No. XIV. sub juncti, verbis: Als verordnen
 Wir hiermit, gnädigst begehrende, ihr wollet, so viel
 obengeregte Injurien-Sachen anbetrifft, bey denen in
 Unserm Chur-Fürstenthum und Landen vorkommen-
 den, und zu Erhöhung Rechtlichen Erkenntnisses an
 euch gebrachten Fällen nicht nur auf obgedachte actio-
 nem æstimatoriam, oder ad Palinodiam, als welche Wir
 gänglich abgestellet wissen wollen, führerin weiter
 nicht erkennen, noch sprechen, sondern auch alle solche
 Injurien-Sachen anderer gestalt nicht, als nach Augen-
 Art, de simplici & plano, zu tractiren, veranlassen, auf
 keine Monath's noch höhere Fristen sententioniren,
 sondern es bey 14. tägigen Fristen bewenden lassen, auf
 Zulassung derer Gevollmächtigten nicht sprechen, auch
 auf die Gewissens-Bertretung mit Beweis füh-
 robin weiter nicht interloquiren &c. Ut & in
 causis minoris momenti, & summag L. florenor. Mi-
 nacor. non excedentibus, à Judice nimirum ex æquo
 & bono, secundum jura & boni viri arbitrium statim
 expediendis, per ORDIN. PROC. SAXON. RECOGN.
 ad Tit. I. §. 6. verb. Und obgleich in Ermangelung an-
 dern Beweisses, denen Partheyen, auch hierunter der
 Eydes-Delation sich zu gebrauchen unbekommen blei-
 bet, so soll doch in solchem Fall einige Gewissens-
 Bertretung im geringsten nicht statt haben/
 sondern derjenige, dem der Eyd deferiret wird, nach
 Besin-

Befinden, dessen Acceptation oder Relation halber sich so fort erklären re. re. j. §. 2. ad Tit. XIX. eadem amplius non obtineat.

§. XIII.

Eundem in modum hanc, conscientiam probatione defendendi licentiam expresse approbant ORDINAT. PROC. JUDIC. MAGDEBURG. C. 30. §. So ist auch demjenigen re. versu: sein Gewissen mit Beweis zu vertreten sich angemessen, re. so ihm verstattet re. & ORDIN. JUD. WISMARIENS. P. II. Tit. 34. §. 1. verb. Er wolte denn seine Intention beweisen, oder in andere Wege beybringen re. cum quibus facit IUS LV BECENSE, testante MEVIO, ad idem, L. V. Tit. VIII. Art. 2. n. 22. An vero eadem in LL. Romanis fundata sit? alia plane est quæstio, quam cum aliis affirmat quidem MARTINI in Commentat. ad Ordin. Proc. Saxon. Tit. XIX. n. 4. ad l. 30. in pr. ff. de jurejur. j. l. 71. ff. de R. V. & l. fin. C. de rebus creditis ea propter provocans.

§. XIV.

Quodsi autem dicendum est id, quod res est, in nulla harum legum fundamentum probationis nostræ tuto collocari posse censeo; Lex enim prior in allegato princ. nihil aliud decidit, quam quod in casu, quo juramentum actor super actione L. Aquiliæ vel simili, quæ inficiando in duplum crescit, præstítit, non duplum, sed simplum consequatur, quod non vera, & ordinaria, sed privilegiata probatione defungatur, ut proinde sufficere ei debeat, probandi onere se relevasse, & simplum factum, esse actione in factum ex jurejurando, cumque nihilominus eidem adhuc integrum sit, actione

L. Aqui-

L. Aquiliæ experiri, & ad duplum consequendum probatio-
tione ordinaria uti ; compara omnino BRVNNEMANN. ad
C. b. r. undeliquet, hic potius de relevatione & exonera-
tione probationis per juramentum , quam de exonera-
tione juramenti per probationem, agi : Deinde in l. 71.
ff. de R. V. nihil aliud est dispositum, quam quod in eo
casu, quo quis in litem jurare renuit, judex premium rei
litigiosæ æstimare possit ; sic, cum v. c. possessor do-
lo possidere desit rem, quam vindico, in litem mihi
jurare licet ; religione tamen ego ductus jusjurandum
illud recuso, forte quod non satis mihi de vero
ejus pretio constet , quo pertinere videtur dispositio
ORDINAT. PROC. SAX. RECOGN. ad Tit. XLI. §. 4.
hincque peto, judex ut premium determinet, & quæri-
tur, an audiendus sim ? Respondetur vero ex lege su-
pra memorata, quod sic, quia juramentum in litem in-
troductum est in pœnam contumaciæ adversarii, adeo-
que in favorem meum , cui consequenter renunciare
non prohibeo. BRVNNEMANN. ad b. leg. Quale au-
tem hinc ad exonerationem conscientiæ NB. per pro-
bationem factam deduci possit argumentum, non sa-
tis perspicere possum, siquidem conscientiam hac ra-
tione exonerio quidem , sed non mediante probatione,
intercedente potius judicis autoritate & arbitrio.

§. XV.

Nec plus præsidii probatio hæc ex l. ult. C. de Reb.
cred. est habitura, utpote aliena prorsus de nostro the-
mate tractante, & de juramento, quod, qui pro lega-
tario, vel fideicommissario se gerit, præstítit, non vero
de juramento per probationes declinando, agente, ut
pro-

proinde non possum non mirari, quo pacto ulli Juris-
Consultorum, patrocinium inde querere, in mentem
venire potuerit. Verius è contrario dictum esse pu-
to, quod hæc conscientiatum defensio Legibus Roma-
norum non incognita solum haberi debeat, sed quod
per easdem illa propemodum damnetur. Ita enim
expressissimè in I. 38. ff. de Jurejur. manifestæ turpu-
dinis esse pronunciatur, si quis nec jurare, nec juramen-
tum referre vélit: quæ etiam lex Jasonem movit, ut
quantunvis loco superiori citatò exoneratiōnī huic as-
sensum præbuerit, eidem tamen nunc nuncium mit-
tat, adeoque sibimet ipsi non satis constet. Diceres:
Legem de necessario solum juramento in certa hypo-
thesi esse intelligendam, nec omnem penitus proba-
tionem excludere; sed respondemus, generalissime
eam loqui, nec ullos casus distinguere, ut adeo nec no-
strum sit, distinctiones adhibere, quin potius, quod lex
eadem probationis nostræ genus respuat, & exclusum
velit, ex verbis illius manifesto colligi posse viderur,
cum si juramenti loco probatione uti liceret, nec ju-
rare velle, nec juramentum referre, turpe dici non pos-
set, & sic tertium daretnr, quod tamen lex ignorat.

§. XVI.

Quemadmodum autem probatio pro exoneran-
da conscientia in locum delati jurisjurandi surrogatur,
ejusdemque declinandi causa suscipitur; ita illud pro-
bationis genus jurjurando delato, cum materia subje-
cta, tum & forma respondeere oportere, ratio præcipit,
monendumque hoc loco est reus, conscientiam proba-
tionibus defensurus, ut articulos super ipso actionis
momento, atque adeo, in libello contentis, & a se in

C

litis

litis contestatione negatis capitibus, non vero super exceptionibus, prædictæ litis contestationi adjectis, concipiatur. Nec quisquam, opinor, fuerit, qui non intelligat, reum manifesto vitio probationem exceptionum confundere, cum probatione pro exoneranda conscientia, utpote quæ ed saltē collineat, ut reus negatas à se libelli propositi partes, v. c. *se centum mutud non accepisse*, tueatur, atque adeo minus vera esse, quæ ab actore in libello fundamenti loco sunt proposita, evincat. Quanquam id ipsum eo deficere videtur casu, cum actor circumstantiam facti libello admiscerit, v. c. *Best. habe Klägern den Kirchen-Stuhl zur Ungebühr hinweg reissen lassen*, atque desuper jusjurandum reo detulit; tum enim reus, cum affirmato facto, adscriptam eidem circumst. siam negat, suscepta conscientiae defensione, articulos super exceptionibus, ad elidendam illam circumstantiam directis, ad justitiamque facti pertinentibus, formare non prohibebitur; imo nec tunc, cum non super solo facto, veluti: *reum ab actore pro centum floren. pretio predium emisse, sed & super intentione, veluti: reum prædictum premium etiam nunc debere, in ejusdemque solutionem condemnandum esse*, actor reo jusjurandum detulit. Nam eo quoque casu reum, facto quidem affirmato, sed negata actoris intentione, conscientiam probatione defensurum, articulos super exceptionibus, ad elidendam actoris intentionem, veluti eo: *se prremium convenitum non debere, adeoque in id solendum condemnari non debere, tendentibus, conceipere posse, non abnuerim.* Quo quidem loco cautio utriusque litigantium præcipienda est, actori, ne super ipsa intentione facile reo jusjurandum deferat; reo, ut affirmato

to facto licet, ipsam tamē actoris intentionem neget, eoque nomine probationem declinandi jurisjurandi causa ineat. Negativam quippe facti raro probabit reus; at probandis exceptionibus, per easque removendae actoris intentioni, idem eo facilius feliciusque vacabit, quo certius est, actorem, in illo probationis genere, jure probandæ replicæ, & formandorum articulorum elisivorum, tum & interrogatoriorum ad causam, neutquam gaudere, per Conf. El. 14. P. I. Ordin. Proc. Saxon. Tit. XIX. Decis. Elecf. XIX. addatur BERGERVS in Oeconom. JVR. L. IV. Tir. XXV. Tb. 7. n. 2. & in EL. DISCEPT. FORENS. p. 606. seqq. itemque in SVPPLEM. E. D. F. P. I. pag. 226. seqq. conf. etiam DISERTATIONEM EJVSD. longe eruditissimam DE ARTICVLIS ELISIVIS th. XL. & seq.

§. XVII.

Contra ea, quod si reus ea, quæ supra monuimus, observare negligat, articulosque non contra ipsum factum, sed ad exceptiones, litis contestationi eventualiter, ut vulgo loquuntur, à se oppositas, dirigat, olim quidem desertæ probationis poenam non statim incurrebat, regressu ad jusjurandum utique adhuc patente, consentit BERGERVS in Oeconom. Juris l. c. n. 4. & in Differt. ante allegata tb. 41. hodie tamen causa ita cadit, ut ad juramentum recurrere amplius ei non liceat, hincque purè sit condemnandus, ceu disertis verbis disponit ORDIN. PROC. SAXON. RECOGN. ad Tit. XIX. §. 2. 2. verb. Und wie hiernächst der Beweis pro exoneranda conscientia, worzu die Articul binnen Sachsischer Frist, à tempore rei judicatæ zu übergeben, allein auf das factum selbst, darüber der End deferiret, feis-

nesweges aber auf die Exceptiones zu richten; Also sollen die articuli impertinentes alsofort vom Richter ex officio verworffen, oder allenfalls rechtliches Erfährt-niss darüber eingeholet, und wenn solche unzulässig, oder unschlüssig, der Regres ad Juramentum gleichfalls nicht gestattet werden ic.

§. XVIII.

Quod ad formam attinet, ea de Jure Saxonico E-
lectorali haec est, ut reus partim ad suscipiendam hanc
ce probationem, in casu, quo delatum est juramen-
tum, justo tempore sese offerat, partim ut articulos
hunc in finem confectos intra debitum tempus judici
exhibeat. Prius olim fieri debebat intra octo dies, à
tempore, quo in rem judicatam transit sententia, com-
putandos, quos intra jurare jussus se declarare, judici-
que indicare tenebatur, quod pro declinando jureju-
rando probatione uti velit. vid. ORDIN. PROC. SAX.
Tit. XIX. §. i. Neque etiam necesse erat, ut ante latam
sententiam probationis hocce genus sibi reservaret,
cum beneficium juris, a lege publica, sit concessum,
quod nulla reservatione, seu Judicis, seu partis, opus ha-
bet, *verbis*: Wenn einem von seinem Gegentheil der
Eyd deferiret wird, und er wolte sich des Eydes zu le-
digen, sein Gewissen mit Beweisung vertreten, soll ihm
solches nachgelassen seyn, wenn er ihm gleich dasselbe
vor dem Urtheil, darinne ihm der Eyd auferleget wird,
nicht bedünget hätte, noch in dem Urtheil, welches seine
Kraft erreicht, ausdrücklich vorbehalten worden wä-
re; Jedoch daß er sich dessen innerhalb acht Tagen,
nachdem das Urtheil in seine Kraft gegangen, erkläre ic.
add. BERLICH. P. I. Cons. 33. n. 9. CARPZOY. P. I. C.

XII.

XII. d. 14. n. 5. § Resp. 50. n. 7. nec non in Proc. Tit. XI.
 art. 5. n. 8. § 9. ut proinde admittam sententiam, cu-
 jus formulam exhibet B. SCHWENDENDOERFFERVS
 in Proc. Fibigian. p. 1340. die weil Beflagter auf die er-
 hobene Klage geantwortet, und solcher nicht geständig,
 so ist er hierüber sein Gewissen, dahin es ihm auf sol-
 chen Fall gesetzet, auf vorgehenden Klägers Eyd vor
 Gefahrde, zu eröffnen, oder solches mit Beweis in
 Sachsischer Kriß zu vertreten schuldig, &c. Hodie ta-
 men haec omnia ita immutata sunt, ut oblationem
 rei ad conscientiae defensionem in ipsa litis conte-
 statione, aut ad minimum, in positione ultima, quam
 quadruplicam dicunt, fieri oporteat, eoque negle-
 ctio oblatio ad jurandum non amplius locum ha-
 beat, per Ordin. Proc. Saxon. Recogn. ad Tit. XIX. §.
 1. verb. Weiln Beflagter gleich Anfangs sub præju-
 dicio vorzuladen, so soll Kläger, wenn er demselben den
 Eyd zu deferiren gemeynet, solches alsofort in dem
 Klag-Libell thun &c. auf daß Beflagter sich hierunter
 in Zeiten fassen, und bey der Einlassung und Antwort
 den ihm deferirten Eyd entweder, nach Besinden, ac-
 ceptiren, oder referiren, oder auch zur Gewissens-Ver-
 tretung sich offeriren könne, gestalt derselbe wegen eines
 oder des andern sich ebenfalls, wenn auch gleich in Ter-
 mino die Eydes-Delation insonderheit nicht wiederho-
 let worden, so fort bey der litis Contestation, und we-
 nigstens im letzten Sage zu erklären, oder daß bey des-
 sen Unterlassung auf die Leistung des Eydes, ohne Vor-
 behalt der Relacion oder Gewissens-Vertretung,
 schlechterdings erkannt werde, zu gewarthen hat &c. Po-
 sterius intra terminum Saxonicum, olim à die non rei
 impo

judicata, sed facta oblationis, jung. BERGERVS in Elect. Di-
scpt. Forens. pag. 618. seqq. hodie vero a tempore rei judica-
ta vid. ORDINAT. PROC. SAXON. RECOGN. ad Tit. XIX. §. 2.
vers. worzu die Articul binnem Sächsischer Christ/ a tempore rei
judicata zu übergeben/ computandum, i. e. intra sex hebdo-
madas & III. dies, recte peragitur. Quo ipso omnis Ddo-
rum concertatio, vid. BERGERVS l. cit. IN RESOLVT. EAVTER-
BACH. pag. 201. item SCHWENDENDOERFFER. ad Fibig. p. 1343.
ZIEGLER. ad Ordin. Proc. Saxon. b. t. sublata, insimilque omne
ad jurandum oblationis fatale, nec non pena anticipationis,
saluberrimo coafilio penitus est abrogata, in Ordinat. Proc.
Sax. Recogn. ad Tit. XIX. §. 7. § 8.

§. XIX.

Antea dictum est, quod conscientiam probatione exo-
neraturus, vel item contestando, vel quadruplicando, se
ad illam offerre obstrictus sit, quodque eo neglecto obla-
tione ad jurandum non amplius audiatur: Idem dicendum
est, si probationem ipsam deserat, articulosque intratem-
pus determinatum, quod continuum est, & à momento
in momentum currit, nec ullis feriis, seu ordinariis seu
extraordinariis, suspenditur, judici non offerat: Utroque
enim casu probatio pro deferta declaratur, reusque pro
confesso habendus est, ut inde ad actoris petita conde-
mnetur, nec ad delatum paulo ante jusjurandum provola-
re ei sit integrum, aquitatem nimis ipso poscente, ut reus
per juramenti præstationem id ipsum amplius obtine-
re queat, quod probationem negligendo amisit. l. 4. §. 2. in
pr. ff. de his qui notant. infam. Pronunciari autem solet hoc
casto: Dass Beklagter an seinem Beweis, dessen er zu Vertretung
seines Gewissens sich angemessen, nunmehr sich versäumet, und er
dahero mit Leistung des ihm deferirten Endes ferner nicht zu zu-
lassen: adeoque haec vera sunt, ut judex neque ex officio,
nec ad partis instantiam, elapso semel termino probatorio,
alium concedere possit. CARPOV. P. I. Conf. 16. def. 1. Id-
que procedit ed, ut nec renunciatione probationis, penden-
te licet fatali facta, aditum ad declinatum prius juramen-
tam recludat, aquissimo sane, uti mihi videtur, exemplo,
cum

cum actori jusjurandum semel delatum, & à reo acceptatum, iidem revocare non sit liberum. Conf. Ord. Proc. Saxon. Recogn. ad Tit. XIX. §. 1. Quod si tamen reus probatio defecerit, quam aliquin ritè suscepit, pro circumstantia facti & probatorum ad juramentum suppletorium vel purgatorium admitti poterit, l. supra citat. verb. Jedoch können Wir gleichwohl geschehen lassen, daß, da einer oder der andere bey sothaner Gewissens Vertretung wenigstens so viel, daß das juramentum suppletorium auf purgatorium statt haben wönne, probiret hätte, von dem Richter darauf gesprochen werde. Cum contra ea, is qui probatione hac legitime functus est, eaque judici plenam fidem fecit, juramentum sibi delatum prorsus declinet, hocque modo conscientiam rectissimè defendat, annuente omnino supra laudata Ordin. Proc. Saxon. Tit. XIX. §. 2. verb. Wenn nun einer sich, wie bemeldt, der Beweisung zu Vertretung des Gewissens, anmasset, soll seinem Widet. Partie keine Gegen-Beweisung verstatte und wo der Zeugensührer dassjenige, was er schweren solle, wie Recht, erwiese, und dadurch sein Gewissen vertrate, mit dem Eyde ferner verschonet, und von der Klage, i. e. ab instantia, absolviret werden.

§. XX.

Eccur autem in hoc probationis genere nec reprobatio, nec interrogatoria ad causam, Conf. Decis. El. XIX. admittantur, duarum possunt rationes, partim, quod ea ipsa pro reprobatione, utpote qua actoris, & juramentum defertenis intentio eliditur, & non fundata esse, probatur, habenda sit, reprobationis autem reprobatio non derur, partim quod probatio h̄c, qua conscientia defenditur, in locum jurisjurandi surrogari esse censeatur; contra jusjurandum autem jus Civile Romanum probationem in contrarium non facile admittat. l. i. § 2. C. de reb. credit. § de jurej. l. 15. ff. de Excep. Nov. 82. Cap. II. §. 1. b. §. dato § l. nam posteaquamq. § passim ff. de jurej. add. BRVNNEMAN. ad Tit. C. de R. C. it. ANT. FABER ad L. IV. C. Tit. XIV. def. 59. p. m. 341. n. 2. enopisidiko

Restat, ut videamus, an quolibet in casu, quo jusjurandum delatum est, probationis hoc genus obtineat; ac primo
quæri

quari solet, an hæres, deficiente solenni inventario, res hæreditariæ mediante specificatione jurata indicare jussus, ejus loco probatione uia possit? Negat id WESEN. P. I. Conf. 3. quæ z. n. 49; negavitque cum ipso olim Curia superior Lipsiensis apud CARPZOV. L. III. Resp. 55. Contrarium tamen verius esse existimo, siquidem Conf. El. XII. P. I. in pr. verb. oder ander Eyd ic. de quovis juramento, in causa civili delato, ob generalitatem accipienda est, hæque eadem sententia per Conf. El. XIV. §. Gleichwohl der gemeinen ic. & Ord. Proc. Sax. Tit. XXIX. §. 1. verb. Welcher Regress auch in juramentis legalibus &c. &c. confirmata esse deprehenditur.

§. XXII.

Dantur tamen omnino causas, in quibus hæc conscientiarum defensio locum non habet. Sic ei qui in causa e-
dendorum instrumentorum desiderata habere documenta negat, quod eadem nec habeat, nec ubi sint, sciat, nec quod dolose amoverit, iurandum est, indistincte, neque ad probationes pro conscientia is admittitur. Observatum tamen est, hæredes, injuncta documentorum editione, qua penes defunctum esse præsumtio fuit, exhibendo rerum hæreditariarum inventaria, à jurejurando se liberalitate, prout resp. SCABIN. LIPS. mens. April. 1656. conf. Ordinat. Proc. Sax. Tit. XXVI. §. 1. & 2. Deinde in Processu Executivo documentum recognoscere, aut jurato diffiteri iusssus, probatione conscientiam defendere nequit. Ord. Pr. Tit. XXV. §. 2. ne nimurum, si in ordinariis probationibus documentorum recognitio aut jurata diffessio negligatur, alia ex alia dependeat probatio, lisque generetur ex lite. Cessat porro, si testis unus denominatus sit, sine documentis, quo de causa conf. BERGERVM in El. Dic. Forens. pag. 616, scqq. Pariter in causis injuriarum, per ea, quæ supra adduximus, & denique in causis criminalibus indistincte locus ei non relictus est, in quibus tamen Defensio vel pro averteenda inquisitione, vel pro mitiganda pena, quia sape numero exhibitione articulorum defensionalium, objecto criminis directo oppositorum, peragitur, certo respectu in ejus

locum successisse mihi visa est.

F I N I S.

ULB Halle
005 367 751

3





XXXII. 1731. 22.

DISSERTATIO JVRIDICA IN AVGVRALIS
DE
PROBATIONE PRO EXONERANDA CONSCIENTIA,
QVAM,
IN ALMA VNUIVERSITATE HIERANA
CONSENTIENTE
ILLVSTRI JCTORVM ORDINE,
RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICO
DN. TOBIA JAC. REINHARTH,
JCTO, SACR. PALAT. CÆSAR. COM. JVRID. FACULT.
ASSESS. ET PROFESS. COD. PVBL. ORDIN. CIVIT.
SYNDICO ET CONSULE,
SVB PRÆSIDIO ALTISSIMI PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ET DOCTO-
RALIA PRIVILEGIA RITE CAPESSENDI,
H. L. Q. G.
IN AVDITORIO JCTORVM PVBLICE DEFENDET
AVCTOR RESPONSVRVS
CAROL. EHREGOTT BOERNERVVS,
Drebachio - Mifn.
ADVOCAT. LEGITIMAT.
DIE XXX. OCTOBR. A. M DCC XXXI.
ERFORDIAE, Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

31